Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek




quid iudicas ollam & olibam & adnuntias eis
scelera uel iniquitates earū quia adulteratae
sunt & sanguis in manibus earū & cum idolis
siue adinuentionibus suis fornicatae sunt in
sup & filios suos quos genuerant mihi obtulerē
eis ad deuorandū siue transduxerunt per ignē;
sed & hoc fecerunt mihi polluerunt sc̄uariū meū
in die illa & sabbata mea profanauerunt;
cumque immolarent filios suos idolis & ingre
derentur sc̄uariū meū in die illa ut polluerēt
illud & iam haec fecerunt in medio domus meę;
Miserunt ad uiros uenientes de longe ad quos
nuntiū miserant; itaq; ecce uenerunt quib;
tē lauisti siue cum uenissent statim lauabaris.
& circumleuisti oculos tuos & ornata es mundo
muliebri; sedisti in lectulo pulchro & mensa
ornata est ante te; thymiama & unguen
tum meū uel oleū posuisti sup eam & uox multitudi
nis exultantis erat mea; siue & uoce composita
persultabat; & inuiris quidem multitudinis
hominū adducebantur & uenie bant de deser
to; siue ebrii de deserto posuerunt armillas
in manib; suis. Et coronas speciosissimas in ma